



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. An Apostoli vxores habuerint?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Simoni & Andrea. Itaque non connectuntur debitorum, quia hic Mathæus re-enset, sed quia illis tamen diebus facta sunt.

§. 2. Nati sunt è Bethsaida Ioan. 1. quæ erat vicina Capernaum; vel ergo utraque in vrbe domum habuerunt, vel e contrariis. Verum id perinde est. hoc difficile visum est: Petrum habere domum. Atque Petrus omnia deseruisse negat, domum enim habuisse, neque enim vocationi domum repugnare. Alii quoque hæretici, cum Christum sequerentur, rerum domesticarum administrationem aliis commississe volunt, ad eas autem rediisse, cum opportunum esset; atque adeo iam Petrum à prædicatione vacuum domum suam rediisse. Equidem quandoquidem constat Apostolos omnia deseruisse, ut se domino visum haberent, quemadmodum & primos Christianos fecisse constat, non fuerit difficile dicere, quomodo domus hæc Petri nominetur, etsi dominus illius non fuerit tum Petrus, alii ita dicunt quod in ea conuerfari soleret. Nonnulli fuisse domum Socrus Petri, ideoque dici etiam Petri, quod ea velut sua, & usus fuisset, & vteretur. Nec illane peregrinum videri debet; Socrus enim ut domi sue fugiens ministravit, id autem domi suæ matræ facere solent, non alienæ. Alioquin domus Petri Bethsaida fuit, quæ exiguæ spacio Capernaum ab erat, proprie vero domus Petri dicitur, quæ aliquando eius fuerat. Ita villam Ciceronis, domum Neronis dicimus, à dominis non quibus iam possidentur, sed quorum aliquando fuerant. Quæ loquendatio ita visitata est, ut multæ domus à mortuis dominis nomen retineant.

Multo melius & verius Daniel Tossanus suos frequenter arguens, domum in Capernaum vel conductam, vel paternam fuisse, & addit: Nec repugnat eos omnia reliquisse, ut infra dicitur cap. 19. Et tamen domum habuisse, quia forte propria non fuit. De modo autem omnia relinquenti illo loco disputatur. Nam hic cum fuisse errat, & erroris agnitionem, soluendo sympharum argumenta, insinuat.

QVÆSTIO II.

An Apostoli uxores habuerint?

Petrus Socrum habuit, uxorem igitur habuit. Infert Wolfgangus, non deseruit, ergo retinuit. Nam rem habuit, circumduxit. 1. Cor. 9. Ita de sententia suo loco dicam. Sed etiam, Nec scortat illa erant, nec uxores, 1. Cor. 9. quemadmodum mulieres, quæ ex Galilea secuta Christo seruebant, nec Christi, nec Apostolorum uxores erant. Quod addit, certe Pontifici citius admittit scortationem uxoris Apostoli, quam legitimum matrimonium. Sed quare in promptu causæ, ut patrociniatur scortationi sua impudentissima.

Respondet: Hanc vnam esse ex violentis Satanæ machinis, & de mientis viperæ morfu acriorem calumniam, quæ rudes populi in demonis obsequio ducunt. Nos non in matrimonio, nec scortatione Apostolos viros post vocationem dicimus. Matrimonium sanctum dicimus: scortationem æternis suppliciiis degentibus, anathema si quis se vel alienæ scortationi patrocinatur. Si Musculus ille v. l. pilum, non dico boni viri, sed vel ingenui muris habet; vnum tractatorem Catholici ostendat, qui scortationi patrocinetur. Uxores Apostolorum cum ipsi & Christo circummiserunt, nec scriptura dicit, nec vllus hæreticorum tam est impudens, ut hoc profiteatur. Verum ad alium locum hæc disputatio pertinet.

QVÆSTIO III.

An hinc intercessio Sanctorum doceatur?

§. 1. Apud Lucam pro ea orant, ut ostendant valeant mutuas inter nos preces aliorum pro aliis, nec minus id locum habet in amicis, cum Deo viuunt, quam adhuc in exilio degentibus. Wolfgang. Musculus miratur Catholicos, qui sanctos certos in certis morbis inuocant, quod eodem illi morbo laborarint.

Respondet: Non inuocari eos, quia eodem morbo laborarint, sed quia apud Christum intercedere possunt, & eius potentia nos liberare. Cur autem id fieri soleat in eis, sunt crebra miracula, quæ hoc in genere per eos Deus præstitit. At cur non rogamus eum qui istos sanat? Imò eum rogamus & per nos ipsi. & per eius amicos: an Socrus Petri peccaret, si generum rogaret, ut pro se intercederet? Quicquid porro nobis obici solet, in febrientem illam torquei potest. Cur illi qui cum morbo aliquo, dum mortaliter viuunt, collectati sunt, contra eum præcipue remedia orationum suarum præstent, experiri fideles, quam scrutari malunt. An promptius id agunt, quia quantum sit malum agnoscunt? & non ignari malorum miseris sui currere didicerunt? An hoc factum est, non quod

Morbi sanctorum sanantur multorum.

omnia ab omnibus peti non soleant, sed quod fidentius eos orent, quos eisdem malis aliquando pressos meminere? An Deos suorum electorum, quibus omnia cooperatur in bonum, etiam aduersa, infirmitatesque honorare constituit? Nam cum voluerit preciosam esse mortem sanctorum suorum in conspectu suo, quid mirum est, si morbos etiam doloresque eorum voluit esse salutare, ideoque preciosos nobis? Verum de consilio maiestatis æternæ mihi iudicium non sumo, de admirandis auxiliis omnium ætatum historia, atque adeo ipsa nunc templa, & sospitatis anathemata loquuntur. Causam autem, cur hæc, vel illa à sanctis certis petantur, esse miracula constat ex eo, quod docet experientia. Augustinus l. b. i. retract. cap. 13. Suo tempore facta innumera testatur. Sed non sic accipiendum est, quod dixi, ut nunc in Christi nomine fieri miracula nulla credantur. Nam ego ipse quando istum ipsum librum scripsi ad Mediolanensem corpora martyrum in eadem ciuitate cæcum illuminatum fuisse iam noueram, & alia nonnulla, qualia tam multa etiam istis temporibus sunt, ut nec omnia cognoscere, nec ea que cognoscimus, enumerare possimus. Itaque si à me querat, quare hæc ab illis & non ab aliis: item censeo Deo intendas; cur ille hæc per illos, & non illos efficiat. Mihi respondere promptum est, quod in simili respondit Augustinus, cum accusatum & accusatorem ad sepulchrum S. Felicis mitteret, Ep. 137. Elegi, inquit, aliquid medium, ut certo placito se ambo constringerent ad locum sanctum se peregrinatos, ubi terribiliora opera Dei non sanam cuiusque conscientiam multo facilius aperirent, & ad confessionem vel poenitentiam vel timore compellerent. Ubique quidem Deus est, & nullo continetur vel includitur loco, qui condidit omnia, & eum à veris adoratoribus in Spiritu & veritate oportet adorari, ut in occulto exaudiens, in occulto etiam iustificet & coronet. Verum tamen ad ista quæ hominibus visibiliter nota sunt, quis potest eius consilium perscrutari, quare in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiant? Multis enim notum est sanctitas loci ubi beatus Felix Nolensis corpus conditum est, quo volui ut pergerent, quia inde nobis facilius fidelis usque scribi potest, quicquid in eorum aliquo diuinitus fuerit prolatum. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoriam sanctorum, ubi mirabiliter & terribiliter demones consistunt, furem quandam quia ad eum locum venerat, ut falsam irandociperet, compulsum fuisse confiteri furtum, & quod abstulerat

Augustinus causam occultam ad martyrem relegat.

Adami Conzen in Enang. Tom. 1.